

## Reichersberg

### REIC 1

[vor 1207 September 22]

*Papst [Innozenz III.] beauftragt die Pfarrer E(berhard) von Neunkirchen, O(tto) von Fischau und Magister A. von Pöllau, den Streit zwischen dem Stift Reichersberg und O(tto) von Schrattenstein um Zehnte in der Pfarre Pitten zu untersuchen und zu entscheiden.*

*Hss.: Erwähnt (bzw. stillschweigend vorausgesetzt) in Urkunde Nr. REIC 2.*

*Edd.: Die Erwähnung als solche ist ungedruckt.*

*Dass der delegierende Papst Innozenz III. (gewählt am 8. Jänner 1198) war, erscheint angesichts des am 22. September 1207 ergangenen Urteils (= Urkunde Nr. REIC 2) evident.*

[. . .] Nos E(berhardus) de Neunchirchn et O(tto) de Uiscahc et magister A. de Polano plebani in causa, que inter Richerspergenssem ecclesiam ex una parte et O(tto) de Sratnstain ex alia super quibusdam decimis in Putinensi parrochia positis a summo pontifice iudices delegati [. . .]

### REIC 2

1207 September 22, (Wiener) Neustadt

*Die Pfarrer E(berhard) von Neunkirchen, O(tto) von Fischau und Magister A. von Pöllau sprechen als päpstlich delegierte Richter in einem Streit zwischen dem Stift Reichersberg und O(tto) von Schrattenstein ersterem Zehnten in der Pfarre Pitten zu.*

*Hss.: Original in Reichersberg, StiA, Urkunden U 31 (A). — Insert in Urk. 1493 September 22 (9 ?), Passau, Bischof Christoph von Passau, in Reichersberg, StiA, Or.-Libell U 1321 (B). — Abschrift 1420 in Reichersberg, StiA, Hs. 10, fol. 43v Nr. 136 (C).*

*Abb.: [http://monasterium.net/mom/AT-StiAR/ReichersbergCanReg/1207\\_IX\\_22/charter](http://monasterium.net/mom/AT-StiAR/ReichersbergCanReg/1207_IX_22/charter)*

*Edd.: OÖUB II (1856), S. 506–507 Nr. 353 (aus A).*

*Lit.: Tomek, Seckau I (1917), S. 575. — Hageneder, Geistliche Gerichtsbarkeit (1967), S. 115 Anm. 34. — Kühtreiber/Mochty/Weltin, Wehrbauten (1998), S. 234.*

*Ein Pfarrer Eberhard von Neunkirchen erscheint auch als Zeuge in einer Urkunde Erzbischof Eberhards II. von 1205 November 10, Leibnitz/November 23, Friesach (Edd. in Hauthaler/Martin, SUB III [1918], S. 64–65 Nr. 584), in einer Urkunde Eberhards II. von 1220 Oktober 16, Neunkirchen, erscheint er als Propst von Passau und Pfarrer von Neunkirchen (Edd. in Fichtenau/Zöllner, BUB II [1955], S. 33–35 Nr. 230).*

*3 Einschnitte für Hängesiegel, jedoch ohne Siegel. Siehe monasterium.*

*Ediert nach A.*

In nomine domini nostri Iesv Christi. Nos E(berhardus) de Neunchirchn<sup>a)</sup> et O(tto) de Uiscahc et magister A. de Polano plebani in causa, que inter<sup>b)</sup> Richerspergenssem ecclesiam ex una parte et O(tto) de Sratnstain ex alia super quibusdam decimis in Putinensi parrochia positis a summo pontifice iudices delegati partibus in nostra presentia constitutis Richerspergensis ecclesie acceptis probationibus, quod ab arciepiscopis Salzburgensibus dicte decime sibi canonice collate fuerint, sicut instrumentum exinde factum a Cönrado venerabili Salzburgensi quondam arciepiscopo sub certo sigillo manifeste declarat, cum pars adversa probare non possit in contrarium, prefatas decimas auctoritate qua fungimur Richerspergensis ecclesie adiudicamus in perpetuum canonice possidendas. Actum publice aput Nouam Ciuitatem in maiori ecclesia, X kal.<sup>c)</sup> oct., anno verbi incarnati M CC VII, et ut inde in posterum nulla posset suboriri ca[lum]nia<sup>d)</sup>, presenti sententie sigilla nostra duximus apponenda.

<sup>a)</sup> A. – <sup>b)</sup> inter über der Zeile nachgetragen A. – <sup>c)</sup> X kal. nach ungenügend getilgtem kal. A. – <sup>d)</sup> Buchstaben teilweise zerstört A.

### REIC 3

1227 August 21, [Reichersberg]

*Propst Heinrich von Reichersberg regelt mit Zustimmung des Kapitels die Versorgung der kranken Mitbrüder und widmet dazu unter anderem auch den Zehnten zu Stalhofen sowie Anteile von Zehnten zu Schäßfern, die vom Pfarrer zu Edlitz zu entrichten sind.*

*Hss.: Abschrift 1420 in Reichersberg, StiA, Hs. 10, fol. 205v–206r Nr. 591 (B). — Insert in Urk. 1468 Februar 17, Salzburg, Domdekan Hadmar von Salzburg, in Reichersberg, StiA, Or.-Libell U 1052 (C). — Abschrift 1716 in Reichersberg, StiA, Hs. 18, S. 874–878, aus B ? (D). — Abschrift 2. Viertel 18. Jh. in Wien, ÖNB, Cod. 9272, S. 589–592 (E).*

*Edd.: Ungedruckt.*

*Lit.: Appel, Reichersberg (1857), S. 96–97. — Hofer, Herrschaft Bärnegg (1967), S. 12. — Posch, Hartberg 1/1 (1978), S. 88. — Haider, Stift Reichersberg (1983), S. 81, 83, 91.*

*Da es um eine interne Angelegenheit des Stiftes geht und die Urkunde eine stattliche Anzahl von Unterfertigungen Reichersberger Chorherren enthält, steht Reichersberg als Ort der Rechtshandlung wie der Beurkundung außer Zweifel.*

*Zahn, Ortsnamenbuch (1893), 417, identifiziert Schever als Schäßfern, ebenso bei Hauthaler/Martin, SUB III (1918), Register S. 270; zu Edlitz wird im Ortsnamenbuch auf Elz (ö. Weitz) verwiesen (S. 162, 167), jedoch mit Belegen erst ab 1318. Bei dem hier genannten Edlitz handelt es sich wohl um jenes nahe Neunkirchen. Bei Stalhofen handelt es sich wohl um den ebenfalls nahe Neunkirchen gelegenen „Zehenthof des Stiftes Reichersberg“, Weigl, Ortsnamenbuch 5 (1973), S. 153 Nr. S416.*

*Bestätigt durch Erzbischof Eberhard II. von Salzburg in Urkunde Nr. REIC 4.*

*Ediert nach B, mit C, D, E (letztere nur zu den in B undeutlichen bzw. fraglichen Stellen).*

† Universis presentem paginam inspecturis Heinricus dei paciencia prepositus Reicherspergensis et eiusdem loci collegium devotas orationes in domino. Quoniam<sup>a)</sup>, ut ait apostolus, omnes astabimus

ante tribunal iudicis recepturi, prout in corpore gessimus, sive bonum sive malum, oportet nos diem messionis extreme misericordie operibus prevenire ac eternorum intuitu seminare in terris, quod reddente domino cum fructu multiplicato colligere debeamus in celis firmam spem fiduciamque tenentes, quoniam<sup>b)</sup> qui parce seminat, parce et metet, et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus et metet vitam eternam. Cum igitur malicia hominum increscente ac prevalente locus Reicherspergensis ita<sup>c)</sup> sit attenuatus, quod fratribus infirmis ibidem deo degentibus officium cellarii iuxta regulam beati Augustini amministrare non sufficiat, quod multis fratribus hactenus non solum ibi, sed etiam alias<sup>d)</sup> causa perdicionis extitit, cum ob hoc solliciti sint aliquid proprietatis retinere, hanc morbi corruptelam et perdicionem preveniens ego H(einricus) dei gracia prepositus Reicherspergensis cum consensu tocius capituli sentenciam predictae auctoritatis attendendo, quosdam redditus ad officium infirmarie et subsidium infirmorum deputavi speciales, videlicet decimam in Stalhofen totam, decimam in Scheuer, ex qua plebanus de Edlitz mihi et antecessoribus meis quendam annum redditum persolvere consuevit, vineolam in Grueb liberam a iure, quod dicitur perchrecht, comparatam aput quendam cognomine Peheim, duas vineas in Chrems, que Chremsleyten et Frechawe nominantur, cum vinea domini Herberti, prediolum in Lüczelnheim ad viginti denarios preter steuram, decem solidos in Plade, ex quibus solidi sex singulis annis dominabus assignentur, denarios quoque qui dicuntur anschreibpfennig<sup>e)</sup>, de quibus specialiter cum consensu fratrum hoc duxi statuendum, ut si quis circa eosdem denarios<sup>f)</sup> fraudem fecerit, ipso facto sit excommunicatus, et omnia remedia animarum a quocumque fidelium cenobio Reicherspergensi ab hac die in posterum conferentur, sive sint predia, sive prata, sive vinee, sive domus, sive equi, sive boves, sive quecumque animalia, sive panni, sive vestes, sive denarii, sive quidquid pro remedio animarum piis locis relinqui sit consuetum, ut exinde cura egrotantium plenius habeatur. Et quia predicti redditus infirmorum necessitati sufficere non possent, de cellario, sicut ante fieri consuevit, sine contradiccione que ibi sunt tam in vino quam in quibuscumque aliis famulo dei egrotanti ministrentur, de predictis vero proventibus ea, que aput cellarium non sunt et infirmus frater appetit vel commoda ecclesie dinoscuntur, etiam si ipse non appetierit, ubicumque inveniuntur comparentur, et si medicus necessarius fuerit, advocetur. Preterea cum numerositas officiorum<sup>g)</sup> sepius dispendium consueverit generare, cum decocto consilio capituli nostri officium quod obligium dicitur officio infirmarie adunivi sub solo nomine infirmarie utrumque comprehendens eo videlicet pacto, ut quicumque pro tempore in officio isto officiat extiterit communi fratrum electione ad hoc vocatus, de eisdem officine redditibus sanis fratribus et sororibus, sicut ante de obligio consuetum fuit, ad quod prenominatorum reddituum pars bona pertinebat, prout universitas capituli viderit annis singulis expedire, singulis hebdomadibus<sup>h)</sup> ministrabit ita tamen, quod ex hoc infirmi nullum defectum paciantur, qui eciam de proventibus eiusdem officine in capitulo coram fratribus singulis annis bis in anno reddat racionem, ne quod absit canes panes comedant filiorum. Si quis autem successorum meorum prepositorum vel aliorum fratrum hoc salubre statutum qualibet temeritate infringere vel contravenire presumpserit, ipso facto noverit se esse excommunicatum, ex quo eciam iram omnipotentis dei et beate Marie virginis et beati Michaelis archangeli et omnium sanctorum et sanctarum dei senciatur, et terra eum cum Dathan et Abiron absorbeat viventem. Ut autem hec mee constitucionis ordinacio firma et inconvulsa permaneat, presentem paginam tam mei quam conventus sigilli impressione duxi roborare et eandem a domino archiepiscopo Salczpurgensi universitas capituli una mecum imploravit confirmari, cum imperium non habeat par in parem. Acta sunt hec anno incarnationis domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XXVII<sup>o</sup>, indictione XV, XII kal. sept. Ego Hainricus prepositus subscripsi. Ego Gotfridus

sacerdos subscripsi. Ego Dietricus sacerdos subscripsi. Ego Vlricus sacerdos subscripsi. Ego Arnoldus sacerdos subscripsi. Ego Hertwicus<sup>i)</sup> subscripsi. Ego Wernhardus subscripsi. Wlfingus<sup>j)</sup> subscripsi. Ego Ruedgerus subdiaconus subscripsi. Ego Chunradus subscripsi. Ego Arnoldus subscripsi. Ego Ruedgerus diaconus subscripsi. Ego Vlr(icus) diaconus subscripsi. Ego Chuno diaconus subscripsi. Ego Chunradus diaconus subscripsi. Ego Perhtoldus subdiaconus subscripsi. Ego Wlfingus subdiaconus subscripsi<sup>k)</sup>.

<sup>a)</sup> Quo mit Kürzungsstrich B; Quando C D E. – <sup>b)</sup> quo mit Kürzungstrich B; qm mit Kürzungsstrich C; quando D E. – <sup>c)</sup> C; Statt ita Spatium von drei Buchstaben B; fehlt D E. – <sup>d)</sup> C D E; als mit Kürzungsstrich B. – <sup>e)</sup> Oder ausschreibpfennig ? B; anschreibpfennige C; ausschreibpfenning D; aufschreibpfenning E. – <sup>f)</sup> C; d B; dandos D E. – <sup>g)</sup> C; offorum mit Kürzungsstrich B; officiatorum D E. – <sup>h)</sup> C D E; ebdomadibus B. – <sup>i)</sup> Folgt sacerdos C. – <sup>j)</sup> Das zu erwartende Ego vor dem Namen fehlt B C D E. – <sup>k)</sup> Einfaches s. anstelle des sonst regelmäßig gebrauchten ss. (für subscripsi) B D E.

#### REIC 4 (2, 248)

1227 Dezember 11, Salzburg

Erzbischof Eberhard [II.] von Salzburg bestätigt Propst Friedrich und den Brüdern von Reichersberg auf deren Bitten hin die vom verstorbenen Propst Heinrich vorgenommenen Zuwendungen an das Spital der Brüder, darunter den Zehnten zu Stalhofen und den Zehnten zu Schöffern.

Hss.: Original in Reichersberg, StiA, Urkunden U 39 (A). — Insert in Urk. 1468 Februar 17, Salzburg, Domdekan Hadmar von Salzburg, in Reichersberg, StiA, Or.-Libell U 1052 (B). — Abschrift 1420 in Reichersberg, StiA, Hs. 10, fol. 206r Nr. 592 Kop. (C). — Abschrift 1420 in Reichersberg, StiA, Hs. 10, fol. 206r Nr. 593 (D).

Abb.: [http://monasterium.net/mom/AT-StiAR/ReichersbergCanReg/1227\\_XII\\_11/charter](http://monasterium.net/mom/AT-StiAR/ReichersbergCanReg/1227_XII_11/charter)

Edd.: OÖUB II (1856), S. 668–669 Nr. 462 (aus A). — Zahn, StUB II (1879), S. 340 Nr. 248 (aus A). — Hauthaler/Martin, SUB III (1918), S. 352–353 Nr. 820 (aus A).

Reg.: Meiller, Reg. Salzburg (1866), S. 240 Nr. 313.

Lit.: Appel, Reichersberg (1857), S. 97. — Martin, Urkundenwesen (MIÖG Erg 9, 1915), S. 597–598. — Zauner, Siedlungs- und Herrschaftsgeschichte (1987), S. 457 (Anm. 26). — Eiselt, Schöffern (ZHVSt 95, 2004), S. 173, 180. — Reismann/Brunner, Voitsberg 2 (2011), S. 83.

Laut Hauthaler/Martin, SUB III, S. 353, unter Benützung eines älteren Formulars (vgl. dazu die Urkunden bei Hauthaler/Martin, SUB II [1916], S. 619–621 Nr. 457, S. 626–627 Nr. 462, S. 653–654 Nr. 481, und S. 654–656 Nr. 482), „von EIIN geschrieben“. Siehe auch Martin, Urkundenwesen (MIÖG Erg. 9, 1915), S. 598.

Das 27. Pontifikatsjahr Erzbischof Eberhards II. stimmt nur unter der Voraussetzung mit dem Inkarnationsjahr 1227 zusammen, dass die Berechnung vom Weihedatum ausgeht.

Hängesiegel Erzbischof Eberhards fehlt, Pergamentstreifen vorhanden. Siehe monasterium.

Die erwähnte Propsturkunde, auf die Hauthaler/Martin, SUB III, S. 353, als anscheinend verloren verweisen, ist Urkunde Nr. REIC 3. Zur Identifizierung von Shever siehe die Anmerkungen ebendort.

*Ediert nach A.*

† ‡ In nomine sancte et individue trinitatis. Eberhardus dei gratia Salzeburgensis archiepiscopus, apostolice sedis legatus, ‡ dilectis in Christo fratribus Friderico eiusque fratribus in Richersperch eorumque successoribus in perpetuum. Cum pie desiderium voluntatis et laudande devotionis intentio pastoralibus studiis semper sint iuvanda, cura sollicitudinis est adhibenda, ut ea, que iusta et legitima ratione fuerint pertractata, in recidivivum scrupulum relabi non possint. Eapropter, dilecti in domino fratres, iustis vestris petitionibus facilem assensum prebentes constitutionem, quam felicis recordationis Heinricus prepositus vester exhortationibus vestris et petitionibus ad hoc inductus fecisse dinoscitur ad consolationem et subsidium egrotantium fratrum quosdam speciales redditus deputando, videlicet decimam in Stalhoun totam, decimam in Shever, vineolam in Grvbe cum aliis redivibus, qui in autentico super hiis facto et sigilli tam sui quam capituli appensione confirmato plenius continentur, auctoritate nostra confirmamus et presentem paginam super eadem confirmatione conscriptam nostri sigilli munimine roboramus. Si quis igitur prelatorum vestrorum, qui pro tempore fuerint, aut alia ecclesiastica secularisve persona tam salubre statutum infringere attemptaverit huic nostre confirmationi obviando et semel atque iterum commonitus non resipuerit, sciat se excommunicationi tamdiu subiacere, quamdiu se a tam iniquo conamine non cohercet.

Dat. apud Salzburgam, III idus decembris, anno domini M° CC° XXVII°, pontificatus nostri anno XX° VII°.

#### REIC 5 (2, 320)

*1235 Jänner 28, Wien*

*Poppo von Peggau widmet mit Rat und Zustimmung seines Vaters Leutold dem Stift Reichersberg sein ganzes, mütterlicherseits ererbtes, Gut zu Ober- und Mittelgrub (NÖ) mit allem Zubehör für das Seelenheil seiner Mutter, seines Vaters und all seiner Vorfahren. Da das Gut dem Juden Techanus und einigen Wiener Bürgern verpfändet ist, muss es Propst Kuno um 120 Pfund Wiener Pfennig einlösen, wobei Poppo von Peggau noch zehn Pfund erhält.*

*Hss.: Abschrift 1420 in Reichersberg, StiA, Hs. 10, fol. 38v Nr. 114 (B). — Abschrift 1716 in Reichersberg, StiA, Hs. 18, S. 95, aus B ? (C). — Abschrift 1783 in Reichersberg, StiA, Hs. 20, S. 498–499 (D). — Abschrift 19. Jh. (Pangerl) in Graz, StLA, AUR 510 a (E).*

*Edd.: OÖUB III (1862), S. 27 Nr. 24 (aus verschollenem Original A). — Zahn, StUB II (1879), S. 423 Nr. 320 (aus A).*

*Reg.: Aronius, Reg. Juden (1902), S. 206 Nr. 470. — Pirchegger in StUB Erg. (1949), S. 65 Nr. 320. — Brugger/Wiedl, Reg. Juden I (2005), S. 24–25 Nr. 11.*

*Lit.: Appel, Reichersberg (1857), S. 103. — Müller, Wien und Schottwien (BIVLkNÖ NF 30, 1896), S. 31. — Scherer, Rechtsverhältnisse der Juden (1901), S. 126–127. — Schwarz, Juden in Wien (1917), S. 15. — Mitis, Ein angeblicher Bruder (MIÖG 41, 1926), S. 132. — Pirchegger, Herren von Pettau (ZHVSt 42, 1951), S. 11. — Dienst, Grazer Vertrag (MIÖG 90, 1982), S. 27. — Lohrmann, Judenrecht (1990), S. 50 Anm. 141. — Lohrmann, Wiener Juden (2000), S. 33, 74. — Kupfer, Weinviertel (2017), S. 53, 123.*

*Das Original (A) ist verschollen, siehe Brugger/Wiedl, Reg. Juden I, S. 24.*

*Von diesem Kauf berichten auch die Annales Reicherspergenses (ediert in: Wattenbach, Magni presbyterii annales Reicherspergenses [MGH SS 17, 1861], S. 528, und Brugger/Wiedl, Reg. Juden I [2005], S. 26 Nr. 14): Anno 1235. Dominus Ulricus Liber resignavit preposituram Richerspergensis, cui succedit magister Chuno. Hoc anno predium in Gruob superiori et medio cum universis hominibus et omnibus aliis eidem predio adtinentibus, tam dominicalia quam infeodata, quocunque modo censeantur, emit apud dominum Popponem de Pecach sicut in litteris suis continetur, pro 130 libris, et sibi personaliter 10 dedit, ceteros ad iudeum Techanum.*

*Von dieser Angelegenheit handelt auch Urkunde Nr. REIC 6, mit mehr Einzelheiten, wobei die Sachlage dort anders dargestellt wird. Laut Brugger/Wiedl, Reg. Juden I, S. 25 Nr. 12, sollte diese zweite, umfassendere Urkunde „das Kloster wohl vor Ansprüchen der milites schützen“. Siehe auch die Bestätigung Leutolds von Peggau = Urkunde Nr. REIC 7.*

*Das Siegel war bei der Abschrift im 19. Jahrhundert (StLA, AUR 510 a) bereits beschädigt.*

*Ediert nach A (vertreten durch OÖUB und StUB), mit B, C, D (letztere nur zu den in B undeutlichen bzw. fraglichen Stellen).*

Presenti scripto pateat universis, quod ego Poppo de Pecach, consilio et voluntate patris mei Levtoldi de Pecach accedente, totum predium meum in Grûbe superiori et medio cum universis hominibus et omnibus aliis eidem predio adtinentibus<sup>a)</sup>, tam dominicalia quam infeodata, quocunque nomine censeantur, quod a matre mea maternisque genitoribus iure hereditario possedi, pro mea<sup>b)</sup> patrisque ac matris et omnium progenitorum nostrorum remedio animarum Richerspergensis cenobio cum omni iuris integritate et libertate, qua ad me spectabat, obtuli, tradens illud in manus domini Chunonis eiusdem ecclesie prepositi super altare beati Michaelis prefati loci patroni vice mea fixis<sup>c)</sup> manibus iure perpetuo delegandum. Verum quia idem predium Techano iudeo et quibusdam civibus Winnensibus pro centum XX libris Winnensis monete fuerat obligatum, oportebat, ut eandem pecuniam prefata ecclesia persolveret, mihi quoque sepedicti loci prepositus ex sua potius liberalitate quam ex mea instantia obtulit decem libras. Acta sunt hec apud Winnam in domo Techani iudei, anno M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XXXV<sup>o</sup>, V<sup>o</sup> kalendas februarii, indictione VIII. Testes huius mee donationis sunt hii: Techannus<sup>d)</sup> iudeus, quo mediante et procurante hec omnia facta sunt, Ortolfus, Ortolf, Ortliebus<sup>e)</sup> milites<sup>f)</sup> mei, Rudolfus de Friesach, Rudolfus de Pecach, Vlricus, Heinricus servientes mei, Heinricus de Grube, Otto, Chunradus, Gerungus, Ortolfus omnes de familia Richerspergensis, Wernhardus de Grube.

<sup>a)</sup> Zahn, Lesung attinentibus OÖUB. – <sup>b)</sup> Zahn OÖUB B; meo C D. – <sup>c)</sup> Laut Zahn und OÖUB auch Lesung fratris möglich; fixis B C D?. – <sup>d)</sup> Zahn, Lesung Techanus OÖUB. – <sup>e)</sup> Zahn, Lesung Ortlibus OÖUB. – <sup>f)</sup> milites in Zahn und OÖUB in runde Klammer gesetzt; ohne Klammern in B C D.

## REIC 6

1235 Jänner 28, Wien

*Poppo von Peggau verkauft mit Zustimmung seines Vaters und der milites Ortlieb und Ortolf sein mütterlicherseits ererbtes Gut zu Ober- und Mittelgrub (NÖ) samt Zubehör an Propst Kuno von*

*Reichersberg, der ihn gebeten hatte, die Kirche einem weltlichen Besitznachfolger vorzuziehen, für 130 Pfund.*

*Hss.: Original in Reichersberg, StiA, Urkunden U 48 (A). — Abschrift 1420 in Reichersberg, StiA, Hs. 10, fol. 38r–v Nr. 113 (B).*

*Abb.: [http://monasterium.net/mom/AT-StiAR/ReichersbergCanReg/1235\\_I\\_28/charter](http://monasterium.net/mom/AT-StiAR/ReichersbergCanReg/1235_I_28/charter)*

*Edd.: Brugger, Adel und Juden (2004), S. 115–116 Nr. 1 (aus A).*

*Reg.: Brugger/Wiedl, Reg. Juden I (2005), S. 25 Nr. 12.*

*Lit.: Appel, Reichersberg (1857), S. 103. — Bresslau, Geschichte der Juden (1870), S. 46. — Elbogen, Germania Judaica I (1963), S. 260, 398. — Lohrmann, Wiener Juden (2000), S. 60.*

*Es handelt sich um dieselbe Angelegenheit wie in Urkunde Nr. REIC 5, hier jedoch ohne Verweis auf die Verpfändung an den Wiener Juden und weitere Wiener Bürger, siehe auch die Anmerkungen zu Nr. REIC 5. Siehe des Weiteren die Bestätigung Leutolds von Peggau = Urkunde Nr. REIC 7.*

*1. Hängesiegel fehlt; 2. Hängesiegel fehlt. Siehe monasterium, dort mit der irreführenden Angabe: „Mit beschädigtem Siegel.“ Diese Angabe bezieht sich jedoch auf Urkunde Nr. REIC 5.*

*Ediert nach A, mit B (nur zu den in A undeutlichen bzw. fraglichen Stellen).*

Universis presens scriptum perspicientibus innotescat, quod ego Poppo de Bêccha pleno iure possidebam quoddam predium situm in Austria in duabus villis, que superius Grabe<sup>a)</sup> et medium nuncupantur. Erat autem et est idem predium liberum et absolutum ab advocatia et a qualibet exactione quocunque nomine censeatur, et ego illud a matre mea et a maternis progenitoribus ita libere hereditavi, quemadmodum a liberis personis aliquod predium potest ad suam posteritatem derivari et ab ipsis libere possideri. Accidit autem, quod rebus ita exigentibus tam ego quam pater meus Liutoldus de Bêccha decrevimus vendere predium supradictum. Dum igitur ego Poppo personaliter et Ortlibus et Ortolfus milites a patre meo cum litteris de rato super eodem negotio transmissi prefati predii venditioni sollicite instarem, ecce dominus Chôno Richerspergensis ecclesie prepositus supervenit, postulans a nobis suppliciter ac devote, quatinus ecclesiam potius quam aliquam personam secularem vellemus habere in sepedicto nostro predio successorem. Nos igitur, attendentes suam postulationem honestam esse, petitioni sue benivolum assensum prestitimus et favorem. Quo viso dictus prepositus memoratum predium tam in dominicalibus quam in infeudatis cum familia utriusque sexus ad idem predium pertinente nomine ecclesie sancti Mychahelis de Richersperge pro centum triginta libris aput nos comparavit. Unde ego Poppo de consensu patris mei et Ortlibus et Ortolfus milites ab eo super hoc negotio, ut ante dictum est, transmissi, sepefatum predium in manus dicti Chunonis de Richersperge prepositi cum omni supradicta libertate, qua nos illud possedimus ac nostri progenitores libere suis temporibus possederunt, titulo venditionis assignavimus super altare sancti Mychahelis Richerspergensis ecclesie patroni in ius et proprietatem perpetuam offerendum, nichil iuris nobis in advocatia vel in aliquo alio eiusdem predii reservantes. Ceterum hoc nostre intentionis fuit, ut non solum trasitorie<sup>b)</sup> pecunie, verum etiam remunerationis eterne fructum caperemus ac nos nostrosque progenitores pro quorum remedio animarum maluimus, quod hereditatem nostram ecclesia possideret, orationum ipsius ecclesie suffragio iuvaremur. Huiusmodi vero contractus aput Uviennam in hospitio nostro

initiatus in domo Techani iudei consummatus est anno domini M° CC° XXX° V<sup>to</sup>, V kal. febr., indictione VIII<sup>a</sup>. Huius rei Techanus iudeus mediator et procurator fuit. Testes autem sunt Ortlibus, Ortolfus milites nostri, Rvdolfus de Vriesach, Rudolfus de Beccha, Vlricus, Heinricus seruientes nostri, Heinricus perchmeister, Werenhardus de Grûbe, Otto, Chunradus, Gerungus, Ortolfus faber, Werenhardus pellifex, omnes de familia Richerspergensis. Hiis ita rite peractis memorato preposito visum fuit, quatinus augere sibi numerum testium deberemus, et hoc a nobis petiit et optinuit, nam postmodum in presentia domini Vlrici de Steuze, domini Heinrici et fratris suis Offonis de Pkten ministerialium ducis Austrie, domini Liupoldi de Plumenôwe nostram traditionem iteravimus, publicantes eisdem, quod bona fide dictam fecerimus venditionem, et non tantum in presentia illorum, sed etiam multorum aliorum, quos omnes rogavimus ipsi contractui testes adesse.

<sup>a)</sup> Grabe statt Grube (so richtig B) A. – <sup>b)</sup> trasitorie statt transitorie A.

## REIC 7

[1235 Jänner 28 oder kurz danach]

*Leutold von Peggau bestätigt, dass sein Sohn Poppo mit seiner und der Zustimmung der milites Ortolf und Ortlieb sein Gut zu [Ober- und Mittel]grub (NÖ) an das Stift Reichersberg verkauft und die Übergabe stattgefunden hat.*

*Hss.: Abschrift 1420 in Reichersberg, StiA, Hs. 10 fol. 38v Nr. 115 (B). — Abschrift 1716 in Reichersberg, StiA, Hs. 18, S. 96, aus B ? (C). — Abschrift 1783 in Reichersberg, StiA, Hs. 20, S. 499 (D).*

*Edd.: Ungedruckt.*

*Siehe auch die entsprechenden Urkunden Poppos von Peggau = Urkunden Nr. REIC 5 und REIC 6. Die angesprochene gewünschte weitere Urkunde (neben der ausgefertigten Siegelurkunde) konnte nicht identifiziert werden.*

*Ediert nach B.*

Ego Leutoldus de Becha licet filio meo Popponi vendendi predium nostrum in Grube plenam dederim potestatem et ad maiorem certitudinem duos milites nostros Ortolfum et Ortlibum cum sigillo meo transmiserim, quia tamen Richerspergenses, quibus idem predium dictus filius meus Poppo cum omni libertate tradidit et instrumento super hoc confecto tam sui quam mei sigilli appensione confirmavit, ab ore meo ratihabitionem<sup>a)</sup> audire pecierunt et speciale scriptum cum sigilli mei appensione desiderant, presenti scripto confiteor et protestor, quod ego prefatam tradicionem a filio meo factam Richerspergensis ecclesie ratam habeo et sigillo meo presentem paginam corroboro et confirmo et appensionem sigilli mei in prius confectum instrumentum similiter ratam habeo. Testes sunt dominus Hêrtricus plebanus de Pramperch canonicus Richerspergensis in cuius manu ipsum predium in castro meo delegavi, dominus Heinricus plebanus de Ponte sancti Stephani, Heinricus capellanus in castro, Ortlibus miles, Heinricus miles de Pêwsczing, Ekkhardus, Heinricus de Pêwsczing, Leupoldus, Conradus Paganus, Iacobus, Vlricus filius domini Ortlibi de Becha.



<sup>a)</sup> ratiacionem *statt* ratiabitionem B.

## REIC 8 (2, 352)

123(7) März, Wien

Kaiser Fr(iedrich) [II.] unterrichtet die Richter und Mautner in den Herzogtümern Österreich und Steier, dass er auf Bitte des Propstes [Kuno] und des Konvents von Reichersberg das Privileg Herzogs Leopolds [VI.] von Österreich und Steier über deren Zollfreiheit bestätigt habe.

Hss.: Original in Reichersberg, StIA, Urkunden U 50 (A).

Abb.: [http://monasterium.net/mom/AT-StiAR/ReichersbergCanReg/1237\\_III/charter](http://monasterium.net/mom/AT-StiAR/ReichersbergCanReg/1237_III/charter)

Edd.: *Monumenta Boica XXXI/1* (1836), S. 567–568 Nr. 300 (aus A). — Huillard-Bréholles, *Hist. dipl. Friderici secundi V/1* (1857), S. 46–47 (aus A). — OÖUB III (1862), S. 59 Nr. 52 (aus A). — Zahn, *StUB II* (1879), S. 459 Nr. 352, zu 1237 vor März 25 (aus A).

Reg.: Wendrinsky, *Nachträge (BIVLkNÖ NF 13, 1879)*, S. 341 Nr. 197. — Böhmer/Ficker, *RI V/1,1* (1881), S. 446 Nr. 2232.

Lit.: Appel, *Reichersberg* (1857), S. 104. — Lampel, *Landesgrenze 1254 (AfÖG 71, 1887)*, S. 354. — Vancsa, *Geschichte* (1905), S. 452. — Zinsmaier, *Studien (ZGO 100 = NF 61, 1952)*, S. 531, 534. — Böhmer/Zinsmaier, *RI V/4,6* (1983), S. 217 BF. 2232.

Das angeführte Jahr 1236 passt nicht zur angegebenen Indiktion X. Die traditionelle Zuordnung zum Jahr 1237 beruht auf dem kaiserlichen Itinerar. Friedrich II. hielt sich im Frühjahr 1236 im Elsass auf (siehe Böhmer/Ficker, *RI V/1,1* [1881], S. 421–424 Nr. 2133–2147), von Jänner bis April 1237 ist er in Wien belegt (siehe ebd. S. 442–448 Nr. 2209a–2243).

Hängesiegel Kaiser Friedrichs fehlt, Pergamentstreifen vorhanden. Siehe *monasterium*.

Bei der erwähnten (nicht inserierten) Urkunde Herzog Leopolds handelt es sich um die Urkunde von 1203 März 9, Klosterneuburg (Edd. in Fichtenau/Zöllner, *BUB I* [1950], S. 174–175 Nr. 135).

Ediert nach A.

Fr(idericus) dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Ier(u)salem et Sicilie rex universis iudicibus et mutariis suis per ducatus Austrie et Styrie constitutis fidelibus suis presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum. Ex parte honorabilis prepositi et conventus de Richersperge fidelium nostrorum nostro fuit culmini humiliter supplicatum, ut gratiam et libertatem ab illustri duce Liupoldo felicis memorie duce Austrie et Styrie super vectigalium et pedagiorum exactione omnium rerum suarum mobilium ecclesie sue indultam nostre approbationis dignaremur munimine confirmare. Nos itaque pietate solita, qua personis religiosis favor noster adesse consuevit, devotis eorum precibus favorabiliter inclinati gratiam et libertatem, quam ab eodem duce Liupoldo in suis hactenus optinuerunt privilegiis in deductione rerum suarum mobilium super vectigalium et pedagiorum exactione eisdem preposito et conventui de nostre pietatis gratia confirmantes mandamus et presentium auctoritate precipimus universis, quatenus gratiam et libertatem eandem presentis approbationis nostre munimine roboratam iuxta formam privilegii sui

predictis preposito et conventui de Richeresperge more solito salubriter conservetis, ut iustam de vobis non habeant materiam conquerendi. Dat. apud Wiennam, anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo sexto, mense marcii, decime indictionis.